



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi  
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Mogvntiæ, 1627**

V. An Sacramento Veteris Legis Iustificarint vti Nouæ?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

cramenta quicquam conferre gratia; sed solum significando excitare fidem, que iustificat; sicut verbum prædicatum.

CHRISTVS. 1. Præcursor meus & Baptista prædicabat & baptizabat; non tamen iustificabat: vnde aiebat, Mat. 3. *Ego baptizo vos aqua: Ille vos baptizabit Spiritu Sancto.* Discriben afferebat ingens efficacia, quanta spiritum inter & aqua est. Alioquin par utriusque vis inerat significandi, adque fidem excitandi. At ob disparem efficaciam, Paulus, Act. 19. iussit baptizari baptismo Christi eos, qui Ioannis baptismo fuerant baptizati.

2. Mar. vlt. *Qui crediderit & baptizatus fuerit, hic saluus erit.* Hic baptismo vim saluandi tribuit non fidei soli. Hec enim cū präcedat baptismum, iam hominē iustificasset ante, quam aqua tingetur: at effectus sequitur causam, non præcedit.

3. Ioan. 3. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Sp. S. non potest introire in regnum Dei.* Nil hic de concione, nil de fide excitata; solum de vibaptismi. Quod si fides sola iustificaret, quid opus Baptismo? Sicut dixi, Mat. 3. *Ille vos baptizabit in Sp. Sancto & igni, sc. externo, indice Spiritu interni: ita isthic in aqua, indice Spiritus interni ac gratia:* Sicut acceptum panem dixi, *Hoc est corpus meum, visibilis species index erat inuisibilis gratia & mysterij præsentis.*

4. Neque Discipuli mei secus, quam ipse dicere, docereque potuerunt. Unde Petrus, Act. 2. *Penitentiam agite, & baptizetur unusquisque vestrum, in Remissionem peccatorum.* Act. 22. *Quid moraris? baptizare, & ablue peccata tua, inuocato nomine*

*ipsius.* Iam illi crediderant, & tamen vis baptismi necessaria restabat: Non ut testimonium aut sigillum facta gratia, sed ut instrumentum faciendæ remissionis, id est, iustificationis.

5. Vedit Simon, Act. 8. *quia per Impositionem manuum Apostolorum datur Spiritus Sanctus, sc. Confirmationis & Ordinationis.* Sic admonuit, 2. Tim. 2. *ut resuscites gratiam, que est in te per Impositionem manuum.* Hæc apertissima sacramenta causam esse gratia testantur.

6. De Eucharistia: 1. Cor. 10. *Vnum Corpus multis sumus; Quantus hic effectus & gratia quanta? Ecceius causa?* Qui de uno Pane participamus. Eucharistia hæc vis est. Sicut illa baptismi: 1. Cor. 12. 0. *mnes nos in uno spiritu, in unum Corpus baptizatis sumus.* Per Baptismum hæc vis spiritus est Vere eigitur, Tit. 3. *Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis, &c.*

7. Huc spectarunt Prophetiae ac Fingutæ.

## QVÆSTIO V.

*An Sacraenta Veteris Legis iustificarent; ut Nouæ?*

## VI. ANTICHRISTIANISMVS.

**L**UTHERVS affirmat de habentibus annexam promissionem remissionis peccatorum: negat de non habentibus eam.

**CALVINVS:** Ait, *Vberior sub Christi regno percipitur gratia.* Is vult pariter; hic, minus iustificasse: reiecit que illius distinctionem. KEMMITS accipit minoritatem à Caluino, & distinctionem à Luthero.

CHRISTVS. Ego vero inquam, Ioan. 6. *Patres vestri manducauerunt Manna in deserto; & mortui sunt: Qui manduca hunc panem, viuet in eternum.* His & non illis esca saluti fuit; Tantum inter vtræ que

que Sacraenta interest. *Quia nimirum, Ioan. i. Lex per Moysen data est; gratia & veritas per Iesum Christum facta est.*

2. Vnde Apostolus, Rom. 3. *Quid amplius Iudeo est, quam gentili; aut qua utilitas Circumcisio?* Multum quidem per omnem modum. Potissimum, *quia credita sunt illis eloqua Dei, id est, lex circumcisio;* & hoc præstabant hi gentibus, non iustificatione ex circumcisione. *Causati enim sumus omnes sub peccato esse sc. circumcisos & incircumcisos.*

3. Ideo, Rom. 4. ex professo probat, Abrahamum fuisse iustificatum in præputio, non in circumcisione.

4. Hinc, i. Cor. 7. si de iustificatione agitur, *Circumcisio nihil est, & præputio nihil est.*

5. Gal. 4. Inter infirma & egena eleminta est circumcisione.

6. Ideo, Gal. 6. ait; *Neque circumcisione aliquid valet, neque præputium; sed noua creatura.*

7. Phil. 2. arbitratur detrimentum iustitiam, que ex lege est.

8. Col. 2. *Circumcisio estis, non circumcisione manu facta. &c. sed circumcisione Christi, consepultae in baptismo.*

9. Idcirco, Heb. 7. *Reprobatio fit prædens mandati propter infirmitatem & inutilitatem.*

10. Heb. 9. Ceremonias veteres dicit fuisse iusticias carnis. Et, Heb. 10. ait legem Vmbram habuisse, non imaginem terram, nec auferre peccata potuisse.

## QVÆSTIO VI.

*An sit Character Sacramentalis?*

## VII. ANTICHRISTIANISMVS.

**L**VTHER ANI&QUE AC CALVINIANI esse negligunt; ut qui doceri nequeat seu Scripturis, siue aliter. Vide Luthero-cal. p. 3. q. 15. & 16.

**CHRISTVS.** Quod meum erat, Sacraenta instituere; peregi: instituta doceri, Apostolici muneris esse iussi: Mar. vlt. *Euntes docete omnes gentes.* &c. Et verò de Charactere, quod res est, docuerunt.

1. Vnde, 2. Cor. 1. *Vnxit nos Deus, per gratiam gratum facientem; Et Signauit nos, Charactere ceu Sigillo obsignatos, consecratosque ad Dei cultum; Et dedit Pignus Spiritus in cordibus nostris, id est, testimonium bonæ conscientiæ, ceu consequens ad iustificationem. Quod dicit de cordis obsignatione, non externa solum symbolica.*

2. *Quia, Eph. 1. In quo & credentes signatis Spiritu promissionis sancto, qui est pignus hereditatis. Benè signaculum id Patres de charactere accipiūt, post fidem dato per baptismum.*

3. Eph. 4. *Nolite contristare Sp. sanctum Dei, in quo signati estis in diem redemptionis, id est, diem baptismi a iunt Patres. Istis Credentes dicūtur obsignari; non promissiones cordis.*

4. Vt Circumcisio fuit corporis character in lege carnali: ita character est spirituale animarum signaculum; de quo Isa. 66. *Omnis gentes & lingue venient, & videbunt gloriam meam; & ponam in eis signum, tum Crucis, tum characteristicum. Cuius fuerit typus, Exo. 12. Signatura super liminarum in sanguine agni. Nec ab ludit vaticinium Ezech. 9. *Signum in frontibus gemenium & dolentium. Et Apoc. 7. Donec signemus seruos Dei in fronte.**

